

Harpalycē, ēs. subs. f. FORMA Arpalyce GLOSS 5.491.64. ΕΤΥΜ Ἀρπαλύκη < ἀρπάζω, λύκος [←]HARP-. [FREQ minima 13 ^{indicia} 0,83 ^{/d.c.m.} 29-19 VERG ↔ 180 HYG] uocabulum textis litterariis, magis prosa et usibus mediis, sed doctis et uersu a Vergilio scriptis, narrando proprium; duo auctores tantum eo usi sunt cum breuitate temporis.

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
	narrando	13	2,4
DIACHRONICA	I aec.	1	0,36
	I-II ec.	12	3,9
DIAPHASICA	docta	1	0,48
	media	12	0,92
DIASTRATICA	litteraria	13	1
MODUS	prosa	12	0,87
	uersu	1	0,52

¶ *heroides duae sub hoc nomine repraesentantur - se conocen dos heroínas bajo el nombre de Harpálíce* [HYPER NOMEN femina mythologica] **a** *quarum una Thraeissa fuit, Harpalyci regis filia a pueritia uenationem pugnamque exercens - una de ellas fue una mujer tracia, hija del rey Harpálico, acostumbrada desde niña a la caza y la lucha* 29-19 VERG Aen 1.317. qualis equos Threissa fatigat Harpalyce, uolucrumque fuga praeuertitur Hebrum. 180 HYG Fab 193.1. Harpalycus rex Amymneorum Thrax cum haberet filiam Harpalycen, amissa matre eius uaccarum equarumque eam uberibus nutriuit et crescentem armis exercuit. 📖 SERV Aen 1.317. HARPALYCE quidam a patre Harpalyco, qui rex Amymoniorum Thraciae gentis fuit, ita nutritam dicunt, ut ipse Camillam a Metabo facit. GLOSS 5.491.64. Arpalyce uenatrice.

adeo ut patrem in proelio seruauisset - hasta el punto de que salvó a su padre en una batalla 180 HYG Fab 254.2. Harpalyce Harpalyci filia in bello patrem seruauit et hostem fugauit. 📖 SERV Aen 1.317. HARPALYCE haec est quae patrem senem captum a Getis multitudine collecta liberauit celerius quam de femina potest credi.

per rusticorum manus tandem moritura, qui eius uenatibus fessi erant - para finalmente morir a manos de los campesinos, cansados de sus cacerías 📖 SERV Aen 1.317. positus ad insidias ceruarum plagis capta et occisa est. ... in uicinia orta contentio est, cuius fuisset haedus quem Harpalyce rapuerat, ita ut graui certamine non sine plurimis mortibus dimicaretur.

b *altera famosa fuit, quia cum Clymeno patre suo iacuerat, ex quo filium habuit quem ipsa necauit; post eum edendum patri dedit, qui eam ob haec necauit - otra fue conocida por las relaciones incestuosas que mantuvo con su padre Clímene, de quien tuvo un hijo al que ella misma asesinó y sirvió a la mesa de su padre, siendo asesinada a su vez por este* 180 HYG Fab 206.1. Clymenus ... rex Arcadiae amore captus cum Harpalyce filia sua concubuit. 180 HYG Fab 255.2. Harpalyce Clymeni filia filium quem ex patris concubitu pepererat occidit. 180 HYG Fab 238.1. Clymenus occidit ... Harpalycen, quod ei filium suum in epulis apposuit. 📖 LACT Theb 5.120-122. Tracia ... duobus maximis exemplis, id est Procne uel Harpalyce, Lemniades matres ad perficiendum nefas hortantur.